PRAXIS ORATORIA

VEL

Suadela Victrix

CONTAINING

ome Select *Orations* (both in Latine and Engliſh) Introducing one another; to each of which are Subjoyned ſuitable *Citations* out of good Authors, for Confirming of the Several points, and a *Chorus* Relative to each Subject, *Viz.*

DILIGENCE,
MECHANICK ARTS,
LEARNING,
LATINE TONGUE,
MATERNL INDULGENCE,

To which are added.

An Oration concerning the *Cocks* and their *Game*, declaimed Yearly, at their Solemn *Fighting*, on Shrove Tueſday.

An Inaugural Oration of the Victor, at Candlemaſs.

---

ov: 22, 6. *Traine up a Childe in the way he ſhould go, and when he is Old, he will not depart from it.*

no ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
eſta diu. Hora:
enaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percipimus.

The ſecond Edition Enlarged

EDINBURGH,

nted by *George Moſman*, and to be Sold at the Author's privat School, within the foot of *Foreſters Wynde* together with the Third Edition of his RUDIMENTS in Engliſh, and JUDEX POETICUS, a moſt neceſſary Addition to the Third part of Grammar, 25 *July*, 1696.

TO THE READER

COurteous Reader, serious and thinking School Boyes ... find no small benefit by these following Orations (if rend... ed familiar by frequent declaiming both for varying the gestur... the Body, and tuneing of the Voice, which is never to be re... by the dry repeating of Grammar Rules, nor by t... e common ... ing the debate betwixt *Ajax*, and *Ulysses*, &c. This ex... indeed is very profitable in a Society where one must speak ... ce of all the Remanent Members, and surely they are at a ... loss, who want suitable degrees of confidence for expressing ... sentiments. I acknowledge indeed, that too much co... fidence ready to degenerate into impudence, but although *bashfullness* ... *the colour of vertue*, (as said the wise man) yet pains sha... be taken that it do not sink too low, and with due precaution, so... scope is to be allowed to generous assurance, There have been ma... Divines and Lawyers of great abilities who made but veryordin... Preachers & Barasters, because they perhaps were unacquain... with such like exercise in their youth: Essays of this Nature are ... versally usefull, especially if one be to appear before grandees, wh... presence would otherways dazle, and surprise. You have here so... few Orations, one of which, both in Latin and English, hath be... Declaimed, these Nine years by past, by every Boy in this School, w... had but begun his Grammar, and that with the Approbation ... several persons of good Quality, Sence and Learning: these w... are in the higher Classes, have Authorities to repeat also, and whi... more, all this is performed in treer days time, without spend... several Moneths, which is usual in the Acting of a play, Moreover ... School Boys are not put to the expences of new Cloaths, the... waits, Fidlers &c. It was Thought fit, to add an English Transla... not indeed clolely literal, but Lax, with regard to the Idiom of b... Tongues, as far the Subject Matter would allow; & truly it is ... only usefull (tho not usuall) but most necessary to practise ... Declaimings in our Mother Tongue, for any who would ma... a desireable progress in their Studies, Farewell.

ADVERTISEMENT,

THat the Author hath ready for the Press, 1 A Second Edition ... his *Vocabulary* Entituled *FRAUS ELUSA*, to which is ad... some Rules for *Spelling*, and a Discourse concerning the *Excelle...* of the *English Tongue*. 2. Political Excerpts out of Buchan... Chronicles, Entituled Practical DECISIONS, against TYRA... by which any good Subject may defend the present Governm...

PROLOGUS.

HOC agite, si vultis, *Spectatores benevoli*, ne vos lateat, quæ in medium afferenda sunt, ego, qui *Prologi* vice fungor, ea vobis summatim proponam; sicut enim illi, qui, diversas terrarũ orbis partes descripturi sunt, primo tabulam illius generalem exhibent. aut, qui lautum instruunt convivium, varia fercula, eorumque seriem animo, prius quam stomacho digerunt, & scripto consignant, simile quidpiam nos, in præsentiarũ facere decrevimus. Erit hodiernum spectaculum *Ludi theatrici* instar, nec minus, nec quinto actu productius. Primus, qui in Scenam prodibit, vobis luculenter ostendet, quàm *vitanda sit ignavia*, quantopere laborandum sit omnibus, cunctis aliquid muneris incumbere, universam denique rerum naturam, inertiam fugere, detestari, industriam vero & sedulitatem prosequi, ut hinc discant teneri *Musarum Alumni*, non molli otio transigendum esse tempus, sed capessendum esse gnaviter, literarum aut honestæ cujusdam artis studium. Neve quis putet *Artes mechanicas* esse sordidas, & ingenuo adolescente indignas, hic secundus Orator, earum præstantiam, & utilitatem, validis documentis astruet, & magnis auctoribus tuebitur. Ut hinc sciri possit, ad alia vel altiora non natos, his etiam artibus posse clarescere, & sibi, suis, patriæque prodesse. Verum, majore cothurno personabit alter *refulgentes doctrinæ laudes*, quæ tot ac tanta vitæ humanæ commoda affert, & mortales, ab humo tollens, mediis quasi astris inserit, quæ adeo præstabilis est, ut vix mihi temperare possim, quin, in illius laudes, amplius excurram, & Spartam alteri demandatam, præmaturus arripiam. Neminem vero esse existimo tam obesæ naris, aut infelicis animi, qui non agnoscat *Linguam Latinam* esse clavem scientiarum, doctrinæ januam, ingenii decus & ornamentum, cujus rei veritatem, liquidò monstrabit quartus hic Declamator. Persuasum igitur habeant juvenes cordati, eorumque parentes, spatium temporis huic linguæ acquirendæ datum, optime collocari, & laborem literarium (imo vel otium) nunquam esse pœnitendum. Tandem, ne quid intactum reliquatur, huic proposito idoneum, aperietur vobis fons, & origo mali, *Matrum* scilicet *indulgentia*, pestis illa capitalis, quæ junioribus, eorumque studiis adeo inimica est, ut hac unâ sublatâ, de felici rerum successu, non dubitandum sit, hæc vero una si adsit, omnia tetra & infausta erunt, scelus ubique grassabitur, & miserando aspectu cuncta complebuntur. Caveant igitur Matres, ne stolido suo affectu, liberos perditum eant, altâ mente perpendentes, quæ monita Regum sapientissimus Solomon, divino numine afflatus, in Parœmis suis subinde ingẽrat, *Qui* (imo quæ) *parcit virgæ, puerum odit*: & *Stultitia* (eaque varii generis) *in cordibus juvenum tenaciter inhæret. at scutica castigationis hanc ab*

tis

iis procul ablegabit. Sciantque filii, fatius fuisse sibi, non nasci, q
per matrum indulgentiam, a virtute, pietate, literisque deflecti, l
ærumnarum abyssum indubie præcipitari: Hinc est, quod sacra
ginæ eloquia nobis præcipiant, *A puero castigando ne absti*
enim flagello hunc percutias, non morietꝫ, imo verberibus illum c
& animam ejus ab inferno liberabis. Hæc ubi vobis exposita fo
(fulta authoritatibus, & lepidis Choris forte grata) speramus a
optamus, ut temeritatem nostram æqui, bonique consulatis,
nobiscum Numina precemini, hæc fore nobis utilia & reipu
fausta; si quid vero vobis gratum, præter solitum arriserit, vos
lætamini ac plaudite. *Dixi.*

Spectatum admissi risum teneatis amici.

IN DILIGENTIAM.

SPectatores benevoli, cum supremus ille rerum Opifex, homi
condiderat, eum in horto deliciarum collocavit, neque il
otiosum, & ignavum esse voluit, sed naturam contemplando,
tum colendo, Creatorisque sui laudes, celebrando, occupari de
vit. Verum ubi miserando lapsu defecit, illi nunciatum est, *In su*
vultus tui, vescéris pane tuo. Adeo, ut omnibus hominibus, hoc
plicium irrogetur, vel id muneris imponatur, Ut labore, & indu
tempus transigant, victumque & amictum quærant. Multa tale
multas dotes, singulis ferè hominibus credidit Deus, quibus si
recté utantur; iniqui pariter & ingrati, sunt æstimandi. Omnes, in
laboris circulo, mortales comprehenduntur, neque ullus, qua
nobilissimo loco natus, jure eximi poterit. Cum enim, omni ho
laborandum sit, quis generosos, & nobiles ab universitate, exce
Imo, si velint naturam humanam exuere, & altius ad angeli
assurgere, non tamen officium aliquod detrectare queunt. No
Angeli ministrantes sunt Spiritus, jugiter ad mandata Numinis c
fenda accincti, incertum utrum magis veloces, an alacres, in
tiis obeundis. Si quis hominum, in brutorum ordinem, se de
mere velit; nec labor illum relinquet, sed à tergo insequetur;
enim est bellua tam ferox, quæ facultatibus sibi concessis non ut
imo plurimæ earum, tanta sagacitate pollent, ut rationem, aut q
piam rationi affine, habere videantur; & quò sagaciores, eò m
sedulæ, & diligentes esse, deprehenduntur. Quin & Creaturæ, v
sensúsque expertes, officio non desunt, neque segni torpescunt
Exemplo sit Sol, ille mundi oculus, qui radios suos non recon
sed indies, orbem circumiens, & quotannis, duodecim signa
dinci transiens, vitali calore cuncta fovet & alit. Tellus ipsa on
pára, plantis, arboribus, & frugibus succum genitalem subminis
uberãque quasi iis præbet, ut inde humorem congruum & nut
um hauriant. Si ulterius, in ipsum Tartárum, cogitationes de

ns, quamvis in exemplum non trahendum sit, quod impuri Spiri-
ciant, tamen nullius eorum, socordiâ. & molli inertiâ tabe-
verum, indesinenter opus aliquod, licet pravum. exequitur. So-
e igitur homo, vel an soli nobiles, & generosi laborem diffugient,
nihil. in cœlo, in terris, nec apud ipsos denique inferos, huic
riti faveat. Absit. procul absit! Neque est, quod illustres viros,
rtes mechanicas, quasi ad metalla, damnemus. Datum siquidem
celsissimis Principibus, satis negotii si populum sibi commissum
liter regant, & arte quadam regibus peculiari, gentes tractent.
ent, quo se occupent, Magnates, & Satrapæ, si pacis, bellique
bus clarescere velint, consilio, & manibus rempublicam juvent,
ab hoste protegant. Imo in omnibus requiritur, summa
gentia, summus labor, & eximia cura, in conservanda re fa-
ari, quæ fortasse majoribus fortuitò contigerat, ut ait *Ovidius*.

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.

Casus ineſt illic, hic erit artis opus.

Sunt & quædam artes, nonnullis lucrum afferentes, quæ nobili-
oblectationem saltem parere queant, ut artes pingendi, canendi,
bus psallendi, digladiandi, ædificandi & similes; iisque etiam
stantiores, artes liberales & honesta studia literarum, judicantur,
non immeritò à *Platone* dictum sit; *Tum demum beatas fore res-
blicas, si Philosophi regnarent, aut* Reges *&* Magnates *philoso-
rentur*, Quum igitur (ut superius diximus) omnibus, omnium
arum, & ordinum, hominibus, hæc irrogata sit pœna ut *in sudore
ltus pane suo vescantur*: hoc solum remedii, ad pœnam lenien-
m, superest, ut nimirum, studio honestæ alicujus artis, aut Libe-
lis, aut Mechanicæ, gnaviter incumbatur. Quod ad mechanicas
estat, non me latet, illas à quibusdam inconsultis, ut viles & igno-
les, damnari, & pauperrimæ necessitatis inventa vocari. Verum
os ego homines velim, ut serio secum perpendant, quam utiles &
ecessariæ sint, & quod ab antiquis, earum inventio Diis immor-
alibus tribuatur, utpote ob summam præstantiam, non indignarum,
uæ tantæ sapientiæ ascribantur. Sed ne falcem in alienam messem
mittere videar, audite, *benigni auditores*, hunc meum commili-
onem, super hoc themate, susius disserentem. *Dixi*.

AUTHORITATES

Labor omnia vincit

Improbus, & duris urgens in rebus egestas.

Nil sine magno

Vita labore dedit mortalibus.

Venturæ memores jam nunc estote senectæ,

Sic nullum vobis tempus abibit ineis.

Quæritur Ægistus, quare sit factus adulter,

In promptu causa est, desidiosus erat.

De

Desidiam fugito, depascit inertia vires:
Ipsaque mens torpet, cassa labore suo.
Pensa dies poscit, requiem nox, torpida bubo
Intempestivum nocte dieque refert.
Segnitiem, fugito: Quid mollis inertia? tabes
Languida, torpor edax, insidiosa quies.
Segnitiem fugito, nam sint tibi semina mentis
Si palcæ, quæ spes fertilitatis erit,
Signitiem fugito, generosi est pectoris icon,
Amnis qui puro gurgite lene fluit,
Non stagnum; quod ubi stando putrescit, odorem
Fundit Avernalem perpetumque situm.
Segnitiem fugito, si quid rubiginis infert,
Effricet id solers ingenuusque labor.
Scilicet ista lues, primo blanditur, at inde
Aucta, animi robur mancipat omne sibi.
Linque torum primo famam qui quæris Eoo,
Nam calami lis est maxima cum thalamo,
Otia securus peragit qui lenta futuri.
Obruit hunc subitis sors levis usque malis.
Desidiosa animam rubigo ignobilis ori
Corrumpit; pectus dæmoni & hosti aperit.
Nocte tibi nigræ suligo bibenda lucernæ,
Si modo Calliopes castra sequenda putes.
Durum a stirpe genus; natos ad flumina primum
Deferimus, sævoque gelu duramus & undis,
Sic patiens operum parvoque assueta juventus.
Nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque virgoremæ.
Invigilate viri, tacito nam tempora gressu.
Diffugiunt, nulloque sono convertitur annus.
Cedit amor rebus, res age tutus eris,
Non jacet in molli docta Minerva toro,
Nil tam difficile est quod non solertia vincat.
Impiger extremos currit mercator ad Indos.
Per varios casus, per tot discrimina rerum,
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas,
Ostendunt, atque ut omnia vincet amor.
Rursus quid virtus, & quid sapientia possit,
Utile proposuit nobis exemplar Ulysses;
Qui domitor Trojæ, multorum providus urbes;
Et mores hominum inspexit: latumque per æquor
Dum sibi dum sociis reditum parat aspera multa
Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.

Sirenum voces & Circes pocula nôrit,
Quæ ſi cum ſociis ſtultus cupiduſque bibiſſet,
Sus Domina meretrice fuiſſet turpis & excors,
Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.
Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati,
In cute curanda plus æquo operata juventus,
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
Ad ſtrepitum cytharæ ceſſatum ducere curam,
Ut jugulent homines ſurgunt de nocte latrones.
Ut teipſum ſerves non expergiſceris & ni
Poſces ante diem librum cum lumine: ſi non
Intendas animum ſtudiis & rebus honeſtis,
Invidia vel amore vigil torquebere; nam cur
Quæ lædunt oculos, feſtinas demere; ſi quid
Eſt animum, differs curandi tempus in annum.
Dimidium facti qui bene cœpit habet.

Omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animalibus, ſummâ ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſigant, veluti pecora, quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit. Sicut aves ad volatum, equi ad curſum, ita nobis propria eſt agitatio mentis atque ſolertia.

Nihil adeo eſt arduum, nihil tam operoſum, quod aſſiduitate laboris & conſtantiâ, non poſſit aliquando expugnari; nam, quæ duæ res (cognitio nempe rerum & virtus) omnium videntur difficillimæ, cum ſint pulcherrimæ, ſi quis diligenter illis operam dederit, utramque ſibi tandem conciliabit: etſi virtutem, quæque alia in bonis habentur omnia, poſuiſſe Deus dicatur in ſudoris arce; tamen & hanc ſimul & omnia conſequetur, qui enitendo ſequutus fuerit. Quemadmodum Gutta cavat lapidem non vi ſed ſæpe cadendo, ſic homo fit doctus non vi ſed ſæpe legendo; Ita quæ duriſſima ſunt neque primo impetu ſuperari poſſunt, induſtriæ tandem, & ſedulitati aſſiduæ cedunt, nihil enim tam altè natura poſuit, quo virtus non poſſit eniti.

Chorus.

Non ſomno nec ignavia
Parantur fama, res, decus,
At ſedulis vigiliis,
Sic labor vincit improbus.

Reddenda Deo judici
Pro benefactis ratio;
Et qui talenta negligit,
Hunc manet indignatio.

Alter.

Alcides puer vagiens
Serpentes ſtrangulavit;
Ætate ſed provectior,
Horrenda monſtra ſtravit.
Hac arte cœlum attigit,
Famæ ſubvectus alis,
Quem ſtudioſus æmulans
Evadet certe talis.

Ut Milo ferens vitulum;,
Tandem portavit taurum:
Sic diligens conſequitur
Labore famam & aurum.
A teneris affueſcere
Agnoſcunt omnes multum;
Ignavia qui torpeat.
Se prædicabit ſtultum

In

Auditores Benevoli.

NOn eſt, quod prolixâ præfatione, tempora veſtra morer, cum qui modo verba fecit, benevolentiam veſtram captârit, & mihi, *de artibus mechanicis* dicturo, viam ſtraverit. Ut ergo, à definitione artis, ordiar, ita deſcribitur, *Habitus recta cum ratione factivus*, quod certe omnibus artibus non illicitis, applicari potest. Si artium diviſio peratur, quatuor earum genera, in medium adferuntur apud *Senecam*, ſuntque *Mechanicæ*, *Ludicræ*, *Pueriles*, & *Liberales*. Non eſt mihi hic ſermo, de *Ludicris*, quæ, ad voluptatem oculorum atq; aurium, unicè tendunt, quales exercent præſtigatores, & funambuli, nec de *Puerilibus*, quibus juniorum mentes deſtinentur, quales ſunt, trochus, pila palmaria, & latrunculi: Nec de *Liberalibus*, quia alteri incumbit hæc oratio: ſed de *Mechanicis* quarum, Inventores, Profeſſores, *Neceſſitatem & Utilitatem*, conſiderandos habeo. Quod ad primum, nempe *Inventores*. attinet; ex Diodoro conſtat. Neptunum artem navigandi inveniſſe, eamque Cretenſes docuiſſe, eumque etiam claſſem ſtruxiſſe, eique authoritate Saturni præfuiſſe; itemque, Cererem, frugum ſationem docuiſſe, ut teſtantur *Ovidius* & *Virgilius*. Vulcanum deorum fabrum etiam fuiſſe; demum nemo ambigit, Palladem nendi atque texendi, artem inſtituiſſe, uſum veſtium docuiſſe; præterea, ſacra pagianos certius edôcet, quis tentoria, quis navem primus fabricaverit, Quis tibias & inſtrumenta muſica, quis æris & ferri artificium monſtraverit. Quod ad ſecundum nempe *Profeſſores*, nonne inſignis ille Apoſtolus *Paulus* tentoria ſuâ manu fecit, nonne legimus apud *Burrhananum*, Regem noſtrum *Iofinam*, curationem vulnerum apprime calluiſſe. Muſculus Theologus, reformatus celeberrimus, a textoria ad ſacras literas prodiit, ut in vita ejus legere eſt. Ulyſſes, Dulichii Rex ratem, nihil opus habens fabris, celerrimè confecit. *Achilles*, tertium Jove. carnes diſſecans Legatis, qui ab Achivis venerant, cœnam ſummo ſtudio paravit. Quod ad tertium attinet, nimirum, *utilitatem & neceſſitatem*, hæ adeo conſpicuæ ſunt, ut in oculos omnium, ſe ingerant: quam utilis eſt Ars fabrorum, ſive illi ſint Ferrarii, Lignarii, aut Murarii; nam ſine iis, deeſſent domus, quas habitaremus, aut quibus alii, ad ſplendorem uterentur. Quam utilis eſt ars Nautica, qua gentes, longè diſſitas, commercio conjungit: nec ſine arte Sutoriâ, aut Sartoriâ commode vivere poſſumus, ut alias, brevitatis cauſâ, omittam. Quanto igitur honore dignæ ſunt artes, quàm magnoperè neceſſariæ, quam jucundæ, quam utiles Reipublicæ, quanta varietate animos delectant. Mancat ergo, contra improborum homi-

mor-

norſus, artibus manuatilis, ſuus honos, tantorum virorum inven-
ni debitus, & exemplo munitus, ac probatus. Unde liquido con-
ſtat, artes mechanicas, non ſolum honeſtas, ſed honorandas eſſe,
earumque notitiâ, & uſu, omnia ad victum, & amictum, neceſſaria
comparari, æquè exiguo ſudore, poſſe, ac ab aliis, quoeunque de-
mum munere aut honore refulgeant. Sed, ne fraus aliqua fiat *artibus liberalibus*, aut honore debito priventur æquis animis, & auribus, *Auditores benevoli*, audite, quæ in *Doctrinæ laudem* declamanda ve-
niunt, ab hoc meo commilitone. *Dixi.*

AUTHORITATES.

Si tibi ſint nati nec opes tunc artibus illos
Inſtrue, quo poſſint inopem defendere vitam.
Te genio metire tuo dum diligis artem.
His proſunt, aljis quæ nocitura vides.
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura eſt,
Pectora molleſcunt, aſperitaſque fugit.
Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis
Diſce bonas artes, moneo Romana juventus,
Non tantum trepidos ut tueare reos.
Quis expedivit Pſitaco ſuum χαίρε
Picaſque docuit noſtra verba conari?
Magiſter artis, ingeniique largitor
Venter, negatas artifex ſequi voces.
Adverſus vim fortunæ eſt ars facta, ſed artis
Cum fortuna mala eſt ſæpe requirit opem,
Diſce bonas artes igitur, ſtudioſa juventus,
Quæ certe ſecum commoda ſortis habent

CHORUS.

Artes efferimus laudibus; artium
Grati promeritò encomia teximus.
Ignarum ſolum his obloquitur pecus.
Artes mechanicas & ſua præmia,
Manent: his etenim commodé vivitur;
Diis ortum debent, heroibus otium
Creſcendi, miſeram pone ſuperbiam
Gens, & haſce colens divitiis cluas,
Exemplo præcat gens tibi proxima.

ALTER CHORUS.

To the tune of Phillis full of harmleſs thoughts, &c.

Naſuti omnes approbant
Artes Mechanicas:
Quid ergo ſpernant juvenes
Ut ſtrenuè colant has

Na-

Natura ſi negaverit
Doctis evadere;
Dextra manus ſuppleverit
Famam cum fœnore.

Generoſi, IN LAUDEM DOCTRINÆ.

QUamvis, non ſim Minervæ dotibus imbutus, nec ingenii [illegible] mine, nec facultate dicendi præditus, tamen veſtra [illegible] affabilitate, in theâtrum hoc prodire auſus ſum: Et, licet M[illegible] à limine, vix ſalutavi, earumque dulcedinem, nedum prime[illegible] labris, deguſtavi, cum tamen, Literarum fama, aures, atque [illegible] mum meum a[illegible] quantulum percuſſerit, aliquid (Deo favente) *Doctrinæ laudem* dicere conabor.

Doctrina (quocunque ſenſu ſumatur) ut omnium, quæ [illegible] adſunt, bonorum, eſt utiliſſimum & nobiliſſimum. ita ſola [illegible] mortalis & divina, ideoque ſummè neceſſaria & optabilis, utpo[illegible] quæ a Deo, omnis ſapientiæ fonte & origine, nobis præcip[illegible] dum jubet *doctrinam magis quam aurum eligere.* Glorioſa q[illegible] que eſt ſcientia literarum, quia, quod primum eſt in homine, m[illegible] purgat, quod ſecundum, verborum gratiam ſubminiſtrat; ita u[illegible] que beneficio, mirabiliter ornat & tacitos & loquentes. Docti[illegible] enim, docti ab indoctis, differre videntur, ut viventes a mort[illegible] hæc etiam efficit, ut auditor, in theatro, non ſit lapis ſuper lapi[illegible] Doctrina certe, eſt bonæ mentis ſana conſtitutio, alimentum an[illegible] humani, ſine quo langueſceret, eſt lux & lumen Animæ, ab[illegible] quâ, in tenebris jaceret, inter proſpera eſt ornamentum, inter adv[illegible] refugium: *ſine hac ipſa vita eſt imago mortis,* ait *Cato.* Soc[illegible] hortabatur juvenes, ut ſe jugiter in ſpeculo intuerentur, ut ſiqui[illegible] formoſi eſſent, digni eâ ſpecie fierent, ſin autem deformes, eam[illegible] formitatem erruditione onarent, aut ſaltem tegerent. Eruditio li[illegible] arum, naturam laudabilem eximie reddit ornatam, ibi pru[illegible] invenit, unde ſapientior fiat; ibi bellator reperit, unde animi [illegible] tute roboretur; inde Princeps accipit, quemadmodum popu[illegible] ſub æqualitate componat; inde omnes mortales, quovis mo[illegible] preſſi, lætum, malis ſuis, ſinveniunt exitum. Neque, aliqua in m[illegible] do poteſt eſſe conditio, vel fortuna, quam literarum non aug[illegible] glorioſa notitia Doctrina denique ex obſcuro, Nobilem facit; [illegible] humili, excelſum; ex miſero & abjecto, felicem, Doctrina pr[illegible] dicitur *Indagatrix virtutis* & *Expultrix vitii,* nam perficit & a[illegible] nat mentem, judicium formar, ingenium acuit, & quanto, bru[illegible] longè præſtat animalium nobiliſſimum homo, tanto fere homin[illegible] homine præſtantiorem facit.

Quanti enim æſtimabimus Doctrinam! O quales Divitias! [illegible] trimonia! O quam certus eſt Modus ex iis vivendi! Huic ſoli ex[illegible] nibus aliis fraudi eſſe non poteſt, nempe, incendio aut furto. [illegible]

ripitur, nec naufragio absorbetur, nec à decoctoribus laniatur, nec à Regibus in fiscum redigitur, nec latronibus est ad cædem ritamento; hæc, inter ipsas regnorum concussiones, inconcussa anet, quam, qui possident, verè sunt divites, nullâ re egent; nihil bi deesse sentiunt, nihil requirunt. Hæc non solùm reddit homines ctiores, sed meliores. Quin imò, ut canit Poeta Palingenius.

Divina quidem res
Doctrina est, decorat mites, oditque superbos,
Ipsa voluptatis refugit somnique clientes,
Nec nisi per longum tempus multoque labore
Percipitur, regit hæc urbes, hæc arma ciere,
Hæc auferre potest: terras & sydera monstrat,
Morborum expultrix, varias formare figuras.
Et numerare docet, fidibusque apponere vocem,
Tecta Dei scandit: Naturæ arcana recludit,
Quâ sine nemo potest perfectus dicier. Hæc nos
Dissimiles pecudum reddit, similesque Deorum.

Sed *Generosi*, quum hæc tam pulchra, tamque utilia, vobis propo-a, nedum improbo labore & solertiâ, sunt acquirenda, sine ac-rata linguæ latinæ notitiâ, hic meus condiscipulus, paucis, ejus olutam necessitatem, & utilitatem, vobis demonstrabit. *Dixi.*

AUTHORITATES.

Errat, quisquis opes virtutis præmia dixit,
Præmia dat virtus non nisi sponte bonis.
Præmia virtutis sunt, mens sine labe; voluptas
Absque dolore, quies, gaudia, plausus, amor.
Præmia virtutis cœli servantur in arce
Quo vix rara facit turba opulenta gradum.
Ignarus est
Umbra hominis, grandisque puer, mendaxque figura,
Quæ nihil, aut minimum pectoris intus habet.
Cui tantum solo cœlestia nomine nota,
Quem Stygis in terris nox inamœna tegit.
Nempe dat, & quodcunque liber, fortuna, rapitque,
Irus & est subitò, qui modò Crœsus erat,
Singula ne referam, nil non mortale tenemus
Pectoris excéptis ingeniique bonis.
Sonat vitium percussa, maligné
Respondet viridi non cocta fidelia limo.
Æqua lege regem vocant cum paupere fata,
Cuncta fluunt, virtus unica fixa manet.

CHORUS.

Quisquis hoc ævum cupias beatum

Reddere, excultam ſine labe mentem,
Docte Sermones utriuſque linguæ,
Perfice ſolers.
Vivitur doctis ſemel atque rurſus,
Hos agit pennâ renuente ſolvi
Fama; at indocti peragrant, ferarum
More modoque.

IN LAUDEM LINGUÆ LATINÆ.

Auditores benevoli.

THales Mileſius, inter Græciæ ſeptem Sapientes, non infimus, ſæpe dixiſſe fertur, *Pauca verba, animi ſapientis indicium eſſe*; ut enim auditori nihil ineptiùs, & moleſtiùs quàm verborum fluma, ita paucis, multa dicere, nihil jucundius; Quem, & ego imitabor, in hac oratione, de *Abſoluta linguæ Latinæ neceſſitate*, in liberalibus artibus acquirendis, & quatenus conducat ad Artificem perficiendum. Omnes Theologi, Juriſperiti, Philoſophi, & Medici, probé norunt, huius victricis linguæ notitiam, omnium ſcientiarum fundamentum, & baſin, eſſe omnibus Muſarum cultoribus maximè neceſſariam; hâc enim continentur, omnia ferè eruditi orbis volumina, quibuscunque natalibus gaudeant, ſive Chaldæis, ſive Græcis, imo & Barbaris. Quicquid enim pretioſi, intra vaſta mundi pomœria, reperire erat, id omne fuit Romæ,

Dum idem limes orbis & urbis erat.

Hoc jure, cum optabiliùs eſſet nihil, cognitione placitorum doctorum, licet ſtylo & charactere barbaro, victa, & ſepulta delituerint, tamen hæc, jam civitate, & libertate Romanâ donata, cernere eſt.

Hæc tantùm alias inter caput extulit ———

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Quis ergo, niſi veſanus, in interiora Muſarum penetralia perrumpere, conabitur, januâ hujus linguæ, emphaticis dictionibus, & ſententiis refertæ, illi non reſeratâ. Imo hæc reddit artifices, viros magis profectò nominis, inter ſuos, ſi quod, iſtiusmodi honeſtæ & liberalis educationis, ſpecimen protulerint. Agite Jum condiſcipuli, res par eſt, in hoc incumbite, nulla enim ætas, hâc præſenti, aptior eſt ad linguas ediſcendas, quippe memoriâ pollet, neque ineptior ad artes Mechanicas, aut Liberales, acquirendas; illæ etenim vim corporis, hæc judicium animi, huic ætati negatas, requirunt. Atque unusquisque ordinis, omnis ætatis homines mecum ſenò reputare vellem, quot in hac civitate, & per reliquas terrarum orbis gentes, viri fuerint, qui ſolâ virtute, doctrinâ, & diligentiâ ſuffulti, famam, divitias & honorem, meritò comparaverint: quorum omnium, fundamina optimè jaciet, habitumque aſſequetur facillimè (ſi non unicè) qui a teneris unguiculis aſſueverit. Quàm enim difficile, & arduum eſt adulto

adultæ, & provectæ ætatis hominibus, labori ac sedulitati, in quovis officio, molescere, quamvis durum illud necessitatis telum, & fortunæ currentis volubilis rota, id exigant, nisi tales in ludo aliquo literario, bonis legibus firmato, harum artium tyrocinia, maturè & opportunè, posuerint. *Spectatores benevoli*, multa fateor, in hoc negotio, impedimento esse, sed jam omnia silentio transeunda, præter *Indulgentiam matrum*, quâ nulla capitalior pestis, studiosos affligere potest, deque hac re, Oratorem hunc, luculenter satis, disserentem, audite. *Dixi*

AUTHORITATES.

Imberbis juvenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis canibusque, & aprici gramine campi.
Cereus in vitia flecti, monitoribus asper,
Utilia tardus provisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusque, & amata relinquere pennæ.
Invidus, iracundus iners, vinosus amator,
Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem.
Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ.
Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam.
Flos vitæ aurora est: vigilanti protrahit ævum,
Virtutisque omnis semina prima fovet,
Ætati sit cuique suum: tolerare laborem
O juvenes, requiem tarda senecta petit.
Hoc age, quicquid agis; confundit, perficit, ornat,
Implicitus multis, plurima, pauca nihil.
Assuesce a teneris virtúti, nemo repentè
Fit bonus, at mores mos sa it auget, alit.
Dum licet, & veros etiam nunc editis annos,
Hac agite, eunt anni more fluentis aquæ;
Nec, quæ præteriit, iterum revocabitur unda,
Nec quæ præteriit hora redire potest
Utendi est ætate, cito pede labitur ætas,
Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit.
Festinat enim decurrere velox
Flosculus, angustæ miseræque brevissima vitæ
Portio, & obrepit non intellecta senectus.
Sit procul omne nefas, ut ameris, amabilis esto
Quod tibi non facies, solave forma dabit.
Jam molire animi, qui duret, & adstrue formæ,
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Nec levis, ingenuas pectus coluisse per artes,
Cura sit; & linguas edidicisse duas.

Alte-

Alter abeſt, petiturque alter, mercede paratâ.
Qui vocet, & fictos condiat arte dolos.
Ille caret caligis: huic rupta calceus alter
Pelle hiat. ille dolet, ſcribit & ille domy.
Udum & molle lutum es, nunc, nunc, properandus &
Fingendus ſine fine rota,
Dum vires annique, ſinunt tolerare laborem,
Nam veniet tacito curva ſenecta pede.
Si puer hoc ſciret quantum doctrina valeret,
Raro dormiret, noctesque dieſque ſtuderet,
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, ſudavit, & alſit.
Natura beatis
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognoverit uti.
Altera natura eſt habitus, quam junior artem
Perdiſces, tollet nulla ſenecta tibi.

CHORUS.

Sermo diſtinguit *Homines* Invaſerit adoream,
A *Brutis* ventri deditis,. Barbaries quod fugerit.
O Roma victrix gentium Acceptum tibi ferimus,
Terrarum Domina ac dea, Nulla audet tibi debitam
Quæ ſodes tibi debitam Arripere ſibi gloriam.

IN MATRUM INDULGENTIAM.

SPectatiſſimi *Auditores*, Dicturus, *de ſtolido illo, cæco, & præcip mulierum, in filios, odio* (*oh affectu*) qui, max morum malo fœcundam ſegetem, ſecum trahit, optandum mihi video, *Juven* aut *Perſij* mordacem ſtylum, ut, atrocibus dictis, peſtem hanc confo rem, *Quâ tetrior, nunquam Stygiis ſeſe extulit undis* Agedum igit rem, ab ipſo ovo, repetamus. Cum infans in lucem editur, à ma amantiſſimâ; vel quod puer, ore patrem aut matrem, amicum luce chariorem, referat, vel quod primogenitus ſit, vel quod materni nomine inſigniatur, quibuſcunque demum levibus nullis de cauſis, in illum, prono animo, fertur Mater, & cæco ig carpitur. Nec profana aliqua manus, vel cunas agitare permittit Interea, ſi lactens pueri venuſtas, pappare & lallare inceperit, & blan enellis labiis verba, profuderit, quanta inde lætitia, quàm ſe triumphat genitrix, & puerum laudibus, ad ſydera uſque, extoll quod ſi pedetentim, tibias movere, & veſtigia male hærenti plantis, figere cœperit, cœlum Jovis ſe tenere arbitratur, ne Junoni ipſi invidet, Omnia pueri facta, dictaque, immodicis p coniis celebrantur; quod ſi ſternutaverit, vel crepitum edide mater illico aures arrigit, plaudit, & gratulatur. Sin autem, ir

Pat

parcæ, idōlum hoc confregerint, & ante tempus, vitæ ſtamina præciderint, quàm tragico gemitu, quam horribili tumultu, & luctiſono ululatu, omnia complentur & perſonant; mortemque immaturam, huic, aut illi, aut verius nulli cauſæ, imputant; neque providentiam accuſare verentur. At quam felix puer, qui ex hac, in melierem vitam, transfertur, priuſquam, maternis illecebris corruptus, in cuncta ſcelera, & immaniſſima facinora, ruat. Ubi vero ætas adolevit, & jam, de Schola, & liberali inſtitutione, cogitandum eſt, quantæ nectuntur moræ, & de die, in diem differtur, quantâ cautelâ, eligitur pædagogus aliquis, mollis, & lenis, reliqui, velut plagoſi Orbilii, procul exulare jubentur; & antequam ſcholæ limina intraverit, longo & incompoſito Sermonis profluvio, paciſcitur mater, ne quid durius, in filium, uteunque ſceleratum, niſi de conſultâ ſtatuatur. Inclament, uſque ad ravim, Grammatici. *Auroram eſſe muſis amicam & aptam ſtudiis*, aut *Quotidianam in ſchola præſentiam, & attentionem ſeriam, requiri*. retragabitur mater, ſævitiem hyemis obtendens. Neque ætas vituperio caret. Quis enumerare valet, omnes abſentiæ cauſas? viſendi erant amici, prolixum erat prandium, ſaltandum, tripudiandum fuit, *debacchandum, inſaniendum*, veriùs diceres. Interea, irati clamant parentes, filios, in ſtudiis, non proficere, cum tamen ipſis vitio vertendum eſt, quòd, ſeveriâ lege, filios proficere nolint. Jam tandem, ſi ob repetita flagitia, delicatulus puer, vel minis terreatur, aut leviſſimo ſupplicio, imo vel uno verbere, afficiatur, à Schola ſtatim abripitur, illique pecunia in perâ datur, quam, in malos, & forte ſcelerat ſſimos uſus, profundit; & ſi res anguſta domi, hoc non patiatur, ſcurris, & viliſſimo conſortio, ſe adjungit. Nec ullus eſt ſcelerum modus, donec ad reſtim res redierit, niſi Deus mirificé cor illi mutaverit, quod precor. *Dixi.*

AUTHORITATES.

Bonos corrumpunt perverſa conſortia mores
Natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis
Percipimus
denique teipſum
Concute: numqua tibi vitiorum inſeverit olim
Natura aut etiam conſuetudo mala: namque
Neglectis urenda ſilix innaſcitur agris.
Venaticus ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula,
Militat in ſylvis catulus: nunc adbibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer,
Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu: quod ſi ceſſas aut ſtrenuus anteis,
Nec tardum opperior nec præcedentibus inſto.

Obſ

Obsta principiis sceleratum, leve crimen in ortu est,
At tandem vix quo progrediatur habet.
Victa Asia fastu, periit luxuque superba
Roma; pericla cave cum favet aura nimis.
Est natura hominis corrupta, hanc corrige curâ,
Stirpi ùs ast illam tollere nemo potest.
Ingressus iter parat hæc, quæ postulat usus,
A juvene hæc eadem sera senecta petit.
Mater
Non agitas illud, ut sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, vitioque carentem.
Gratum est, quod patriæ civem, populoque dedisti,
Si tacis, ut patriæ sit idoneus, utilis agris,
Utilis & bellorum, & pacis rebus agendis, (hunc
Plurimum enim interest, quibus artibus aut quibus
Moribus instituas
Cui tradas Lupa filium magistro, } Martial.
Quæris solicita diuque tentas
Ten' o delicias extra communia censes
Ponendum; quia tu gallinæ filius albæ,
Nos viles pulli nati infelicibus ovis.
Plurima sunt Fuscine & tama digna siniſtra
Quæ monstrant ipsi pueris, tradunt que parentes,
Si damnosa senem juvat alea, ludit & hæres
Bullatus.
Sic natura jubet; velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeunt animos auctoribus: unus et alter
Forsitan hæc spernant juvenes, quibus arte benigna
E meliore uto finxit præcordia Titan:
Sed reliquos fugienda matrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ,
Abstineas igitur damnandis; hujus enim vel
Una potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti, quonam dociles imitandis
Turpibus ac pravis, omnes sumus.
Nil dictum fœdum visuque hæc limina tangat
Intra quæ puer est
Maxima debetur puero reverentia.
Vina ferè dulces oluerunt mane Camœnæ

Mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus, nervos omnes membrorum & corporis frangit. *Quint.*

Sed tuus Endemion dilectæ fiet adulter
Matronæ, mox cum dederit Servilia nummos
Fiet & illius, quam non amat, exuet omnem
Corporis ornatum,
Pluſque valet quod violentia cogit, quam quod
Suadet & præcipit verecundia. *Valet.*
Quod modo propoſui non eſt ſententia, verum
Credite me vobis ſolium recitare Sybillæ

CHORUS.

O Matres Indulgentes,
O nati Inſolentes,
Quam flebilis Triſtitia
Sectatur veſtra vitia!
Hoc olim dixit regius
Monarcha, vates ac pius;
Qui puero dat arbitrium
Confundet matris gaudium.

ALTER.

Matrum per indulgentiam,
Natorum & inſolentiam,
Furta & parricidia
Perſæpe ſolent conſequi.
Solmonis eſt Proverbium,
Si quis tener arbitrio
Dimittitus puer ſuo;
Matrem confundet illico.

GRATIARUM ACTIO PRO LUSU.

Condiſcipuli, en vobis jucundum & utile nuncium affero, nimirum, generoſum hunc Dominum, vobis ludendi veniam, petraſſe, voſque nomine Præceptoris hortor, & obſecro ut hac pirandi facultate. & animos ſtudiis fatigatos reficiendi, probè utini; abſit amor lucri, unde certamen & ira gignuntur, & moneo memores ſtudiorum, non diu aut ad laſſitudinem, ſudoremve luis, ne periculoſum ignaviæ habitum, morbum vel dolorem capi-contrahatis, campoſque petatis, ad auram ſalubriorem captandam, am quæ in fumoſis urbibus reperire eſt Nullibi verba turpia, nupta vernacula effundatis, & huic reipublicæ conſulentes, quicquid i periculoſum, & Præceptori indecorum eſt, vitetis Denique um uno ore, ſummas agatis gratias, huic generoſo Domino, deatori noſtro, quod hunc ſtudioſum gregem, ſub Palladis vexillo litantem, non ſolum inviſere dignatus ſit, ſed etiam, quod nobis rere Grammatico fœdatis, facultatem ludendi impetraverit, omni reverentiæ ſignis adhibitis, atque tot beneficiis, voſmet illi ſtrictos confiteamini,

Quot, vaſto Oceani latitant ſub gurgite piſces
Quot volucres celeres agitant per nubila pennas,
Quot paſcit vaga terra feras, quot ſidera cœlum,

THE

COurteous hearers, *may it please you to lend your favour-*
tention, and that you may not be ignorant what entertai-
you are to meet with, I who am to deliver the Prologue, *shall*
you a short account thereof; For, *as these, who are to describe the*
ral parts of the World do first give a general Map of it; or as
who prepare a Sumptuous Feast, do first contrive the various
and the Order they are to be served up in, before that the Ban-
are to fall on; So we are inclined, to do somewhat of the like
at present; In effect you are to receive a Comical Entertainm-
day, consisting of five Acts, neither more nor less. The first
shall appear on the stage, shall clearly demonstrate unto you, how
minable a thing Idleness *is, that all men are concerned to be*
rious, and that every one is obliged to follow some Calling or other.
lastly, That the whole frame of Nature abhores and detastes
inactivity, and is strangely inclined to painfulness and assi-
From which young beginners may learn that time is not to be
away, in sloathful ease; but that some honest employment must be
taken, whether it be the study of learning, or the prosecution of
Lawful Trade. *And lest any should imagine, that* Handy-Crafts
mean, ignoble and unworthy of a Free born Spirit, the second
claimer shall prove their excellency, and usefulness, by strong and
refragable Arguments. From which it may be easily learned, that
though some men are not born for high and mighty things, yet they
acquire a stock of Riches, *and Reputation, even by Mechanick*
ployments, and thereby become serviceable to themselves Children
Country. But the third *who follows, will in a loftier strain*
course in praise of Learning, *which brings so many, and great ad-*
tages to humane Life; and elevating men from the dust, places
as it were, amidst the Stars, and which in fine is so excellent, that
can scarcely contain my self from breaking out in a large excur-
to commend Learning, *which were to invade another mans Province.*
Withal, I am fully perswaded, that there is none so grosly stupid,
dispicably dull, as not to confess, that the Latine Tongue, *is the*
of Knowledge, the Gate of Learning, and the great Imbellishment
humane Wit, for all which, this fourth *haranguer, shall be respon-*
as to the undoubted veracity of this assertion; wherefore I would
not only, all discreet Youths, but also their Parents and Friends
riously perswaded, that the time employed in studying this Lan-
is infinitely well spent, and that the Labour (or rather Divertise-
of Learning is a thing never to be repented of And finally, that
thing may be left untouched, that is suitable to this purpose, the
tain and Original of Evils shall be disclosed unto you, I mean

Fe

...dness and Indulgence of Mothers, that deadly mischief, which ...so pernicious to young Schollars and their Studies, that if this one ...stacle were removed, all things would be in a fair way of prospering, ...t if this remain, all things will be dismal and inauspicious, Villany ...ll rage uncontrolled, and there shall be nothing but an ominous a...ect of future Misery; Wherefore let Mothers take care, that they do ...t ruine their Children by a fond and overweaning affection, seriously ...sidering the several dictates of the Spirit of God out of the mouth ...Solomon, He (and she too) who spareth the rod hateth the ...ild; and folly (and that of many sorts) is bound in the heart of ...th, but the Rod of Correction shall drive it far from him; and, ...also Children know, that it were better for them, not to have been ...n, than, by the negligence of their Mothers, to be turned aside from ...road of Vertue, Piety and Learning, and to be plunged in endless ...sery; for the Scriptures say, Withhold not Correction from the ...ild, for if thou beatest him with the rod, he shall not die; thou ...lt beat him, and shall deliver his Soul from hell. When these ...ngs are fully laid before you (confirmed by apposite citations, ...d dorned with a pleasant Chorus) it is our hope and desire that ...n would favourably interpret our design, and pardon our failures, ...d imperfections, and if any thing occur, which may be somewhat ...reeable or merry, we do not refuse your modest applauses and congra...lations when all is ended. And I have done.

UPON DILIGENCE.

WHen Almighty God Created Man, he placed him in a Garden of pleasure, nor would he allow him to be slothfull ...d idle, but appointed him to be employed in the contemplation of ...ature, cultivating of that Garden, and celebrating his makers praise ...t when he wofully fell from the state of Innocency, the sentence ...onounced against him was, In the sweat of thy brows thou shall ...t thy bread. So that, upon all men, this punishment is inflicted, or ...is burden is imposed, that they must spend their time in labour and ...dustry and thereby gain food and raiment. God hath entrusted each ...an almost with many Gifts, and many Talents, which if they make ...t a right use of, they may be taxed both of injustice and ingratitude ...ll mortals are contained within this circle of toil and labour, nor ...n any of the highest birth or quality plead exemption. For since all ...en must labour, who excepted the great ones from this universality? ...f they will put off the human Nature, and ascend higher to the Angelical, ...et by so doing they cannot shun some Employment or other. For re...t the Angles ministring Spirits, always ready to obey the Divine ...ommissions? And it is uncertain, whether their swiftness or alacrity be ...reater in executing their charge. If any man would even degrad him-

self

self unto the rank of brutes, yet will he not be quit of labour, but is to follow him closely, for there is no beast so savage, which doth not make use of the faculties granted to it, yea many of them are endued with so much Sagacity, that they seem to partake of Reason, or something very like it, and the more Sagacious they are, the greater their diligence and activity. Yea the very inanimate Creatures are panting to their duty nor are they dissolved in sloth and laziness. As for instance, the glorious Luminary, the Sun doth not shut up his rays, but daily visits the world, and yearly passing through the twelve Signs of the Zodiack, cherisheth and nourisheth all things with his enlivening heat. The fruitful Earth also furnisheth sap and verdure to Plants, Trees and Corns, and holds, as it were, her Breasts to them, that they may suck in convenient moisture and nourishment. If we let our thoughts descend lower into Hell it self, although none will be willing to be a president from evil Spirits: yet none of them ly loitering and unactive, but are still employed, although to bad purpose. Shall then man alone, or shall persons of of Quality, or Gentlemen, shun labour, when no thing in Heaven, Earth, or in Hell it self, is found to patronize this sluggishness? Far, far be it from them. neither presume we to condemn great persons to the Mechanick Arts, as it were to the mines. For illustrious Kings and Princes have enough of employment, if they govern well the people committed to their charge, and guide Nations with a Kingcraft peculiar to themselves. Lords and Grandees have enough to do, if they will endeavour to signalize themselves, in the Arts of Peace and War, if they, by their courage and conduct, assist the common Wealth, and protect it, against all enemies Moreover great diligence, care and industry is required of these, and all men, in preserving those Estates, which perhaps fell to their forbears by chance: as the Poet Translated sayes.

More skill required is, riches to keep than get,
Blind Chance in this appears, but careful Art in that.

